Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# De Methoposcopia Astronomica

Finella, Filippo

Antuerpia, 1650

De Trigesimo Cancri Gradibus. Cap. 7

urn:nbn:de:bsz:31-95557

Visual Library

30


Gradus iſte trigeſimus, ſeù vltimus; homines homines futuros venatores, quare ita à Regibus, vt à dominis maximis exiſtimabuntur; quandoque gradus iſti Iouem habuerint annexum, vel Venerẽ, aut aſpectus eorum beneficos; eo magis apud illos fortunati fuerint; ſi Martem, vel Saturnum, infortunati, cũ vero malefice à Marte, vel Saturno irradiabuntur, infortunati erunt; ſi vero Mars in aſcendente aderit cum Luna, in tibijs, vel pedibus morſu afficientur, ſerpentum, vel beſtiarum venenoſarum reliquarum, cum Martis natura eorum ſtella accommodatur.

## De Trigeſimo Cancri Gradibus.

## Cap. VII.

FRigidum humidum, aquæ naturæ, fœmimineum domus Lunæ Iouiſq; eſt exal-

ratio hoc Cancri ſignum; Solem in ſe recipit 21. Menſis Iunij, quem vſq; ad 21. Iulij detinet, haſq; in his gradibus cum fuerit permanens aſcendens inclinationes deuelabit.

1



Primum ſignum hoc Cancri in aſcendente, homines nauigatores, nobiles, & facultoſos cõnotat, quo magis ſi vnã habuerit, ex duabus fortunis annexam, vel illum beneficè irradiabit, nempè per trigonũ, vel hexagonum; ſi præſentiam demonſtabit Martis tales in hoc gradu qui naſcuntur homines animoſi, ſpiritoſiquè erunt; ſi Saturni, nautæ, piſcatores, hoſtes, & hoſpitatores, quandoq; Cancer oculos conuertet in aſcendente; tunc vnum habentes oculum fuerint homines, & vt plurimum illos anibotum oculorum reddit cęcos, quia ſtellam cauſam habet Veneris naturæ.

2




Viaticis inclinat ſecundus homines, animi nobili; primo eorum intuitu, tamen furioſi, & alienorum poſſeſſores bonorum erunt; violētam his promittit mortem, quæ peior eō fuerit, quò duorum habuerit malum infortuniorum oculum, at ſi Veneris receperit præſentiam, vel per tertium, aut ſextum), vel Iouis è tali euaderet morte, & inclinatione peſſima, quod intelligendum quoq; ſi duarum fortunatum, vna erit in octaua, quoties in geniturę radice, configuratus fuerit Iuppiter, vel Venus, omnino violentam propellunt mortem; Veneris ſtella eius imitatur naturam.

3 

Firmos nunquam manẽtes homines inclinat hic gradus;diuerſarum mercaturarum negotiatores magnaq;recipient negotia; ſi vero Iouis,vel Veneris beneficos receperint hi gradus radios; fortunatos multum,at ſi Martem, cum Luna;infortunatos,multiſq; plenos miſerijs;idemq; Saturnus portendet, cum ad dictos gradus maleficos mittet radios cum aſcendentis gradibus;Mercurialis,& Venerea eſt ſtella hæc.

4 

Homines hic gradus, obſtinatos in inimicitijs eorum inimicorum ſuperiorumq; ſi vero fortunatorum Planetarum aſpectus habebunt beneficos; malemerebuntur de illis omnes ob talem cauſam; at beneficos oculos ſi habuerint duatum fortunarum, eorum ſuperiores exti-

ma-

mabunt; cum Saturni natura ſtella illorum coindicit.

5 

Homines talis gradus ꝑmittit ſtrabones, verũ tamen ſi duarum fortunarum oculum, vel hos illæ benefice irrabunt gradus; id non in oculis receperint, tamẽ ſi probis maliſq; carebunt radijs, vt ſupra fiunt; Saturnina eſt ſtella illorum.

6 

Retro voluentes oculos hic quintus gradus prę ſcribit homines; at ſi Saturni habebunt præſentiam; hi hippochritæ erunt, ſceleſteſq; ſi Martis, valdè magis peiores, ſi Iouis, vel Veneris, prædictos maloſ tunc non demonſtrabunt effectus, cum quoties pulchros, formoſoſq; homines futuros indicat Saturninæ naturæ eſt ſtella eorum.

Ho-

7



Homines quoſdam in capite tumores habentes prędicit, quod ſi benefico oculos hos Luna aſpexerit gradus; erunt illi præſpicaces multum; ſi Luna eſſet in aſcendente, & oculo turbido aſpiceret Martem; maximi euadent latrones, & impij ſuſpendentur, ac ſęuiſſima peribunt morte; ſi enim Iuppiter aut Venus beneficè illos irrabiabit, vel illorum aliquis in octaua adeſſet domo; talem formidabilem non vibebunt mortem, eadem cum Saturni; & Iouis naturæ, eorum ſtellla eſt.

8



Cęcos homines futuros hic nunciat gradus, eo magis cum infortunatorum Planetarum beneficos recipiet oculos, vel præſentiam, at vna duarum fortunarum maiorum, illam deiceret habentes, indicationem peſſimam, Saturnum eorum graduum

ſtel-

ſtella imitatur naturam.

9 

Iſtæ gradus, nautas homines, & nauium gubernatores demonſtrat, illos quam maximè expertos in maritimis edicit rebus, qui ſi Iouem, vel Venerem habebũt, vel oculos eorum beneficos gradus; ſummopere fortunati erunt; Saturni annectit ſtella hæc naturam.

10 

Decimus hic gradus, magni illos ingenij futuros eſſe prædicat, ac doctrinę, peritiſſimoſq; in omnibus, quandoq; ex duabus fortunis vna ibi adfuerit, nempè cũ gradibus prædictis, aſcendentis dignitatem aliquam agredientur, magnoſq; honores eorum probarum doctrinarũ cauſa; Iouialis eſt hic cõfigurata ſtella.

11



Piſcatores, & maiorem eorũ tẽporũ partẽ in aquis conſummentes, ac in illis degentes cũ infirmitatibus multis homines denotat; eorũq; vita aſpectibus erit bonis, vel malis aſcendẽtis ſubiecta; vt Iouis ſi illis radijs beneficis, fęlices; ſi Martis, & Saturni cum turbãtis oculis, infęlicem eorum vita detinebit finem, Martialis, Mercurialiſq; eſt ſtella illorum.

12



Homines ſupponit, hic gradus, fabricatores; ſi vero vnam ex duabus fortunis habuerit anne xam, longo tẽpore viuent, & ſecunda fortuna fruentur, tamen ſi Martis ſubſtinebit pręſentiam, vel illos is malefice irradiabit, ab alto cadent, ſi Saturni cũ turbido oculo, ex longis peſſimiſq; mortem ſuſcipient infirmitatibus, quæ hic recondita eſt ſtella Saturni naturæ eſt. Ho-

15 

Homines doctos ſignat; ſi vero admiſerit ſecum Mercurium, vel eius radium beneficum, excellentes in illis euadent doctrinis, ſi Iouem, vel Venerem per tertium, vel ſextum, magnis decorabuntur officijs, & dignitatibus, ſi duo infortunia cũ malefico intuitu, bonum quodq; impedirent; Saturnina eſt Stella.

16 

Aurifices gradus iſte homines aſcribit, ac fabros metallorum, Iouiſq; dũ habuerit præſentiam, vel oculum beneficum, diuites fuerint, fortunatiue, taliũ exercituum gratia; at ſi illum malefice Mars irradiabit, vel Saturnus; multis afficientur infortunijs; Venerea eſt eorum ſtella.

15


Malincolicos ; ſolitudinis amatores, libẽterq; in ſiluis degentes homines, talis gradus portendit, vt deceptores falſaq; teſtantes fugerent; attamen, ſi Saturnum ſecum habuerit; miſeri nunciantur, & taciturni; ſtellam hi gradus habent ex natura Saturni.

16


Homines vanos, ambitioſos, ſuperbiaquè hic gradus prędicat plenos, ac vltra eorum eſſe tendẽtes; Iouis enim ſi habuerit præſentiã, illos redderet nobiliores, ac ſi duos maleficos ſimul reciperent; Venereæ eſt eorum ſtella naturæ.

17


Pigros homines, & ſomnolentos facit, ſi fortunatis carebunt aſpectibus, nullam eſſent habentes artem, & quaſi vagabunt; pauci ingenij, minoriſquè ſcientię fuerint, Ioue tamen cũ illis, vel Venere commorante, non ita pigri, tardiq; erunt, ſtellam hi gradus ex Saturni natura habent.

18


Admines grati vultus, & lætantes efficit, & męſtitia vnquam afficientur, eo magis, ſi Iouem adnectet, vel Venerem, nam longo tempore, ſi horum fuerit vnus cum gradibus aſcendentis, viuent cuius nunciandum oppoſitum, ſi loco horum, Mars regnauerit, vel Saturnus, Iouis, & Saturni naturæ eſt ſtella.

19



Comicos, ac comediarũ compoſitores denotat homines; ſtella, at ſi vnam ſubſtinuerint ex duabus fortunis, fortunati, gratioſiq; fuerint, ſi Martem, vel Saturnum; inepti, & infortunati eorumuè breuis erit vita; hi gradus ex Mercurij natura ſtellam ſuſcipiũt.

20



Homines facit pigros, & ſomnolentos, atq; in exercitijs difficiles, veruntamen ſi Saturnum aſcendentes gradus ipſi habuerint, carceres illis longæq; promictuntur infirmitates, ac pauperes ineptoſq; ſi Iouis, vel Veneris pręſentiam, aut eorum oculos beneficos, ſedulos, & lętātes efficeret illos, Saturni ſtella illorum naturam imitatur.

21



Homines loquaces, mendaces, ceruicoſos, & veritatis inimicos aſcribit; Martis ſi turbatum ſubſtinuerint, vel Saturni oculum, vel eſſet in coniunctione Martis, aut Saturni, falſi aſſertores erunt; Mercuriali Martialiſq; eſt ſtella.

22



Vagantes, pigri, ſomnolenti, omniq; priuati arte in hoc gradus erunt homines; ſi vero oculos infortuniorum maleficos ſuſcipient, latrones rapaces omnino malefici fuerint, ſi Iouis, vel Veneris ſuſcipient præſentiam, vel eorum per Trinum, aut Seſtilem aſpectum, nobiles, animoſi exiſtimantur; Saturninam habent ſtellam.

23



Parum ſtabiles, ſtudioſosq; parum nunciat, ſi Iouem gradus iſti recipient, tunc ſtabiles erunt, ſi Martem, impertinentes, furioſiq; fuerint, ſi Saturnum, mendici, & pauperes, ſi vero bonis, maliſque carebunt aſpectibus, erunt vt ſupra Martis, & Mercurij nature ſtella horum graduum eſt.

24



Homines denotat cogitabundos, curoſos, & ambitioſos honorum, dignitatum, quorum graduũ ſtella, eſt Martis, ac Mercurij naturæ.

25



Inclinat homines fęlices & ſemperq; fortunatos; ſi vero gradus prędicti Lunæ ad fuerit præſentia, vel aſpectus per tertiũ, vel ſextũ, ſtupro; & adulterio eorum in prima ætate ſubijciuntur, Iouis, Veneriſq; ibi præſentiam connotata, tali priuabuntur macula; ſtellam habẽt quandam ex natura Veneris.

26



Homines efficit volubiles, facileſq; imò inconſtantes, deceptores, & fraudulentos, eoq; peiores, quo maleficos hi gradus infortuniorum ſuſceperint aſpectus, ſi Iouis beneficum, vel Veneris, conſtantes, & fortunatos; Martem eorum ſequitur ſtella.

27



Indicat infortunatos homines, & ſe ipſos exiſtimantes laude indignos; aliorum fuerint ſerui, ſi Martis, vel Saturni gradus iſti, aſpectus recipient maleficos, maximè mendici fuerint; dominatrix ſtella eorum eſt Saturnina.

28



Homines pigros, lentos, tardos, otioſoſq; ſe ab exercitijs abſtinebunt; ſi vero ex duobus infortunijs vnam in his ad fuerint gradibus, carcerum ſubijcientur periculis alijſq; infortunijs; Iouialis eſt Saturninaq; ſtella eorum.

Peſ-

29



Peſſimæ naturæ homines, latrones, barbaros, & ablatores faciles alienorum bonorum, ſi inſpicientur prauo oculo, Martis, & Mercurij; erunt falſi aſſertores libenterq; falſum aſſerēt; ſi cum Saturno hi gradus fluerint, parum Sāctæ Fidei erunt obſeruatores; ſtella eorum eſt Iouis, Saturniq; naturæ.

30



Homines, degentes in aquis, nauigantes, nautas, & circa res verſatos maritimas prædicat, ſi vero duorum infortuniorum vnum tales malefice irradiabit gradus, vel præſentiam eorū præſtauerint aſcēdenti, infortunijs plenos, & tandem in aquis immerſos illos redderet; ſi Martem Mercuriumq; aut Saturnum demonſtrabunt ſibi adiunctum cum Luna; maurorum reddentur mancipia, & barbaro-

rum,quam connotant ſtellam, ex Lunæ Martiſuè naturæ eſt.

# De Trigeſimo Leonis Gradibus.

## Cap. VIII.

QVintum Zodiaci eſt ſignum, domuſquè Solis, ac omni caret Planetæ exaltatione; ſignum eſt fixum, maſculeæ naturæ, calidum ſiccum; In hoc aduenit ſignum Sol 21. in 22. Iulij, vſquè ad 21. in 22. Aguſti, moram ibi trahit, & ſecundum gradus per quos Sol ipſe perambulat, appropinquabitur ad ſuum ſolarem curſum eius ſigni; hi ſunt aſcendentis ſignificata eius.